# P E

Ouid. de arte. Laudatas ondit auis iu
nonia penas. Inuenitur etiã h pau⁹. ui. in
eodẽ sensu. Jn h paua. ue. p femina. vñ.
iij. Re. x. dr ꝙ classis salomõis deferebat
auꝝ et argentũ. dẽtes elephãtoꝝ simeas
z pauos. Et vt refert Aug. xix. de ci. dei.
Caro pauonis tã dura ẽ vt vix putredi-
nẽ sentiat. nec facile decoqꝛ. qz inqt. Cũ
incredibile videreꝛ euenit vt apd carta-
ginẽ nobis apponereꝛ cocta h auis d
cui⁹ pectore pulpaꝝ q̃tũ visum est discre
tũ fuari iussim⁹ qd post dieꝝ tm̃ spaciuz
q̃tũ alia caro q̃cũqꝫ cocta putresceret. p
latũ atqꝫ oblatũ nihil nostꝝ offendit ol-
fatuz. Ideoqꝫ repositũ p dies ampli⁹ q̃
trigita. idẽ qd erat iuẽtũ est. Idẽqꝫ post
annũ. nisi ꝙ aliquãtulũ corpulẽtie artio-
ris fuit z ꝯtractioris.

Pauor. oris. m. g. dicitur a pauio. uis. eo
ꝙ mentem hominis feriat z cedat.

Paup. peris. dr q̃si paꝝ potẽs vl' paꝝ pu
tãs. vl' paꝝ impãs. z ẽ etymo. Jn h pau
pcul⁹. li. z h paupcula. le. di. z paupcul⁹.
a. ũ. Et pauper⁹. a. ũ. Et h paupies. ei et
hec pauptas. tatis. Sz paupies ẽ dãnũ.
Pauptas ꝓo ꝯditio. z cõponiꝛ paup. p-
paup. q̃ paup. i. valde paup. Et vt dic.
Pap. Paup dr q aliqd hz. licz paꝝ. In-
ops ꝓo q nihil hz. Itẽ nota ꝙ paup ẽ g.
cõ. decliatõe. sz ois ꝯstructõe. vñ pt dici.
paup hõ. femia. regnũ. Siliꝛ z diues. vñ
Ouidi⁹. Addidit hesterno marmore di
ues op⁹. Et h intelligas nisi in termina
tione tem. vel tes. Vñ Tem vel tes neu
trũ fugiunt. sed cetera sumunt.

Paupies. est damnũ siue iniuria facien-
tis ipsum datũ vt ab aiali qd sensu carz
factum. vt si equus tuus segetem meam
pauit. vel aliter mihi dãnum dedit. Nõ
em̃ põt dici iniuriã fecisse cum sensu care
at. Insti. si qua. pau. fe. di. §. paupes. vbi
dic glo. ꝙ ẽ mirabil' expositio z legalis.

Pausa. se. f. g. i. requies qñ paululum in
termittitur labor.

Paxill⁹. li. di. a paulul⁹. vide s i paul⁹.

Paxill⁹. li. etiam nomẽ mensure est.

Pax. cis. fm Hoff. ẽ discordie finis. vt i.
c. j. d treu. z pa. i glo. j. Itẽ pax ẽ vinculũ
caritatis. vt i. c. nouit. §. sz forsan. de iudi.
Et sunt sex cause, ꝓpter quas nõ est pax
inter homines. Prima quia nõ puniunꝛ
maleficia. Secunda abundantia tem-
poraliũ. Tertia quia non pugnam⁹ cõ-
tra demones. Quarta quia nõ conside-
ramus damna litis vbi diuitias corpus
et animam perdimus. Quinta dubius
euentus belli qui non cõsideratur. Sex-
ta quia non seruamus precepta dei nec
soluim⁹ decimas. et sic qd nõ capit chri-
stus tollit fiscus. xvij. q. vij. maiores. hec
est glo. no. de re. iu. li. vj. ad aplice. Et p
ducit pa. pax. Unde Prosper. Moribꝫ
in sanctis pulcra est concordia pacis.

Paxillus. li. est paruus palus vinearuz.
vel paxillus. genus ferramenti. z vt di-
cunt cultrum.

## P ante E

Pean. m. g. dictus est sol. a phos. qd est
lux. quasi phoan. quia luceat. Vel pean
quasi phian. a phitone quem interfecit.
Unde z pean peanis dicitur qñqꝫ laus
z ꝓprie apollinis. licet z pro laude gene-
raliter cuiuslibet iueniatur. z pd. pe. ge.
Unde virgilius in. x. eney. Conclamãt
socij letum peana secuti.

Peccator. toris. dicitur a pecco as. z an-
tiquitus hoc nomen tantum flagicio-
sos z libidinosos significabat. sz postea
transijt in appellationem oim iniquoꝝ.
z dicitur peccator quasi pellicator.

Peccatũ. ti. dr a pecco. as. Et est peccatũ
fm Aug. spreto incõmutabili bono: bo-
no cõmutabili adherere. Vel sic. Pecca
tum est omne dictum vel factum vel cõ-
cupitũ: qd fit ꝯtra legẽ dei. Vel peccatũ
est volũtas retinẽdi vel ꝯseqndi qd iusti
cia vetat. Et nota ꝙ pctã mortalia sunt
septẽ q in h ꝟsu ꝯtinenꝛ. Luxus. gustus
auet. tristis. furit. inuidet. ambit. Lux⁹.
. i. peccatum luxurie. Gustus. i. peccatuz
gule. Auet. id est. peccatũ auaricie. Tri-
stis. i. pctm̃ tristicie. seu accidie. Furit. i.
pctm̃ ire. Inuidet. i. pctm̃ inuidie. Am-
bit. i. pctm̃ superbie.

Pecten. inis. m. g. instrumentum pectẽ-
di vel texendi. plectrum cytare. inferior
pubes viri vel mulieris. rastrum. quidã
piscis. agmen vel chorea. Unde Pecten
agit telas laudes trahit os subit aures.
Dulcet z est pubes pecten z ordo simꝛ.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-33/0375
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG